

Aduertencias para

absolutionem cum casu reservato, ad cuius ab-
solutionem nullo modo a suo Prelato potest fa-
cultatem per interpositam personam petere adi-
pisci. Ex his etiam inferitur, quod timor re-
uelandi complicem, aut ipsum infaman-
di, aut impediendi ipsi aliqua graua bona
spiritualia, aut temporalia, erit causa su-
ficiens, vt supradictus Religiosus excommuni-
catus cū contritione possit accedere ad cele-
brandum, precisa necessitate, & urgente id po-
stulante, vt affirmant supra dicti Patres.

¶ 4 Sed est dubium, Si contingat Prelatum
iniuste denegare suam auctoritatem Reli-
gioso petenti, vtum talis Religiosus sit obli-
gatus confiteri alteri Confessario peccata
reservata simul cum alijs: an potius illi
sufficiat peccata non reservata confiteri &
reticere reservata, vsq; dum vel habeat auc-
toritatem a Superiore, vel adsit Confessarius
habens auctoritatem absoluendi a reservatis.
Suppositis & ad memoriā redactis que modo
diximus ex prefatis grauissimis auctoribus,
respondeo, q̄ in omnibus casibus in quibus
Religiosus habet casus reservatos potest cō-
fiteri inferiori non habenti potestatem ad
eorum absolutionem, obligatur ad confiten-
dum